

9

ΛΕΞΙΔΙΟΝ
JOANNIS BAAZ
SS. THEOL. CD^{ti}.

De
CAUSIS HÆRESEΩΝ ET RELI-
GIONIS SECTARUM,

*AD DEMONSTRANDAM REPURGATÆ
RELIGIONIS VERITATEM.*

LOCO
DEBITÆ PARENTATIONIS
B. LUTHERI.

IN NOVA ACADEMIA GIESSENÆ
publicè recitatum:

Die XII X. Februarii, Anno obitus LUTHERI 62.

Rom. 16.17.

Παρεπιμαλῶ δὲ νῦν ἀδελφοί, Σιωπῶν τὸς τὰς δικαιοσύνας, ηγετὸν τὸν Σκάνδα-
λον, τῷ διδαχῆ λόγῳ νῦν μετέσχητε ποιεῖν τὰς ηγετούσας απ' αὐτῶν.



GIESSÆ HASSORUM,
Excudebat Nicolaus Hampelius, Typogr. Acad.

M D C I X.



REVERENDIS VIRIS
DOCTRINA SANA ET
AUTHORITATE CLARISSIMIS,

Dn. M. PETRO JONÆ, Vegsionensi Episcopo.
Dn. M. JOHANNI UNGIO, Superintendenti & Pastori
Calmarnensi:

&

REVERENDIS Dn. ASSESSORIBUS
UTRIUSQ; CAPITULI.

ITEM

HONORANDIS, PIIS AC DOCTIS VIRIS
Dn. Præpositis ac Pastoribus Ecclesiarum, in amplissi-
mis tractibus Vegsionensi & Cal-
marnensi.

Dn. Patribus, fautoribus ac amicis suis observandis, s.

Salva-



IS VIRIS
SANA E
CLARISSIMIS,
fionenf Epifcope.
Superintendentu
ASSESSORIUS
CAPITULL.
M
AC DOCTIS VI
s Eccleſiarum, in ampli
fionenf & Cal
nā.
ribus amicis fuis
IS VIRIS
SANA E
CLARISSIMIS,
fionenf Epifcope.
Superintendentu
ASSESSORIUS
CAPITULL.
M
AC DOCTIS VI
s Eccleſiarum, in ampli
fionenf & Cal
nā.
ribus amicis fuis

SALVATOR noster Christus Iesuſ, Reverendi Viri, Patres ac fautores Observandi, non modò solenniter proteſtatur coram Pontifice Ierosolymitano, ſe publicè docuiſſe, Joh.18.20. Sed etiam in valedictoria ſua concione ad Discipulos, dicit ſe explicare nunciare illis omnia, quae à Patre audivit, Joh.15.15. Qua rūs þæcōv8 teſtificatione, officio quippe expreſſā, conſiſetur etiam D. Paulus Ephesino Prebbyterio valedicens, ſe omne Dei conſilium illi praedicaſſe, Actor. 20.27. Ex qua officiis Eccleſiaſtici neceſſitate authenticam praescribit Epifcopo Apoſtolum, preci- piens, ut diδαχὴ ſit, 1. Tim.3.2. Perſpicua igitur docilitas cùm in ſano do- dolore requiratur, id tatis viribus cum primis φιλαγαρήſ ceu Theologia dedi- tuſtudeat, ut ὁ ἀριθμὸς τῶν γραμμάτων λόγων, ἡ ἐπεροδοξίαν φιλοδωρύμενος γρά- 2. Tim.1.13. Ti.1.9.

Cewſ ſciat: illam quidem ut conſirmatus tandem exerceat, hanc ut refutet, Cuius inquiftionis ac ſtudii ſtimulum ac ὄφορον ut ego haberem, ſcripsi qualem qualem Orationem de cauſis heretici, & publicè, Conſenſu Rev. Dnn. Praeceptorum meorum, eandem pro parentatione B. Lutheri in hac Aca- demia recitavi. Quamjam publicatam vobis, viri Clariffimi, de me quip- peſicut & Eccleſia Christi optimè meritis & merentibus, dedicare volui: tam ut mea gratia ūdinis quoddam extaret ſpecimen, quam ut ſincerum veſtrum in promovenda ὁρθοδοξίᾳ, & adificandā, nomine repurgata verita- tis, Christi Eccleſiā, innoſeretur ſtudium. Accipite ergo benevolē mea ſtudia, & de Eccleſia Christi benē mereri pergitte. Valete in Christo. Scripto
In noVa ACaDeMIA Giessen, die 24. Febr.

V. V. R.

Reverenter Studiosus

Ioannes Baar.

A 2

Facul-

••• (*) 50 ••



FACULTATIS THEOLOGICÆ
DECANVS

BALTHASAR MENTZERUS,
LECTORIBUS S.P.P.

Psal. 16. v. 15.



ODIERNA dies Concordiæ sacra est: eademq; emortualis fuit eximio illi Germaniæ Doctori Martino Lutherø: cuius memoria cùm apud omnes verè piøs debeat esse honorifica, juxta illud: Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus: & Deo immortales sint agendæ gratiæ, pro saluberrimis electi hujus organi & felicissimis laboribus, quos in repurganda Evangelii doctrina & propaganda fortissimo animo sustinuit: non possumus non commendare laudabilem hanc quarendam Academiarum consuetudinem, qua annuis parentationibus diem hanc celebrant. Quam piè imitaturus Doctissimus & Ornatissimus Vir JOANNES BAAZ Suecus, ut suam erga Deum & sinceram religionem pietatem publico specimine testetur, habiturus est hora xii. Orationem luculentam de Causis hæresium: qua egregiè vindicat D. Lutherum à calumniis perversorum hominum, qui eo nomine doctrinam ipsius criminantur & traducunt, quod sit quasi colluvies quædam omnis generis errorum, nullaque hodiè vigeat hæresis, cuius principium & radix in scriptis excellentissimi hujus Doctoris non contineatur. Quas columnias doctè refellit, verasq; explicat omnium hæresium & errorum causas. Ex qua recitatione cùm non dubitemus magnum fructum redundare ad attentos auditores posse,

hum-

THEOLOGICA
NVS
MENTZERI
US S.P.P.
es Concordia fave
is fuit eximio illi Ge
o Luthero: cuius
es vere piis debeat
llud: Preciosissimam
anctorum ejus: illi
to saluberrimis dea
, quos in repugnali
fortissimo animo fin
are laudabilem huma
dinem, qua annus p
Quam pie imitari
O ANNES BAAT Ser
religionem piec
is est hora XII. Ora
m: qua egregie vici
forum hominum, ap
ntur & traducuntur
generis errorum, a
ncipium & radix illarum
non contineatur. Q
xplicat omnium homi
natione cum non audire
d attentos audire

humaniter & diligenter pietatis & humaniorum literarum
amantes ad eam invitamus.

Admoneat etiam & excitet nos haec ipsa dies, & ipsum
nomen Concordiae, ut devotas & ardentes preces funda
mus pro salute ac tranquillitate totius Reip. Christianae, o
mniumque qui eam vere amant ac tuentur, piorum Princi
pum, & in primis etiam Illustriss. nostri & Clementissimi P
ATRIS PATRIAE, Fundatoris & Conservatoris almae hujus
ACADEMIAE benignissimi. P. P. xix. die Febr. Anno:
a DOMINO VICTORIA nostra.

A 3

Ora-





ORATIO

DE CAUSIS HÆRESIUM.

RE CURRIT dies, Magnifice Dn. Rector, Am-
plissime Dn. Cancellarie, Reverendi, Consultissi-
mi & Clarissimi Viri, tuq[ue] lectissima studioso-
rum Corona, recurrit (inquam) dies numero
ac nomine idem, qui fuit nostro B. Luthero fata-
lis; dies nempe 18. Febr. in feriam Septimanae
quintam, Lutheru novissimam, incidens. Qui
certè dies magnus nostris Ecclesiis est, & justè in memoriam habetur.
Hoc enim die ante annos 62. sanctum religionis repurgatorem, gra-
vem Professorem, constantissimum Confessorem, D. Martinum Lu-
therum, Ecclesia militans Christiana amisit, vel ut religiosius dicam,
præmisit. Hoc die auriga, Rector, Israël, Ecclesiae, abiit. Hoc die fi-
delis Christi servus, Ecclesiam non humana sagacitate, in hac ultimâ
mundi senectâ (quod de Lutheru D. Philippus dicit) regens, obiit. Qua-
re igitur Ecclesia illustratorem nominis ac ominis sui oblitiviscatur?
Quare memoria justi pereat? Hujus iccirco recordationi nos hore usu-
ram demus, non tam ex consueta Scholarum Lutheranarum necessi-
tudine, quam ex donorum Dei in viro sancto agnitione, & debitâ Pa-
tris demortui parentatione. Quod facientes non vitam B. Lutheri re-
censere paratis sumus; in ærumnosâ quippe non illi honoris quid, sed o-
neris fuit; nobis vero non gloria quid secularis, sed infamie popularis
est. Quis præterea nescit, Martinum nostrum monachum quondam
& Theologum Papisticum fuisse, suo autem tempore reformatorem
pure religionis divinitus excitatum? Sic dona & facta viri hujus san-
cti cognoscere qui velit, scriptorum ejusdem Tomos consulat copiosos,
qui etiam invidis, nolentibus volentibus, testatum faciunt, D. Luthe-
rum non autodidactos sed θεόπνθστας, non φίλωντος sed θέοφιλου:

Et

Et mandata Dei scripsisse, & verba locutum.

Nec historiam obitus Lutheri continuare instituimus, siquidem in eo parum laborandum censemus, qua occasione, quo morbo hic vir Dei egrotarit, minus in circumstantiis morbi ejusdem lethalis recensendis sudandum putamus, cum habeantur huiusmodi non communis tantum fama, sed & historica obitus relatione, à fide dignis testibus, agonizanti quippe astantibus, D. Insto Iona & M. Michaelie Cælio Witebergæ publicata. Agite ergo audituri sumus, Quæ sint causæ hæ- Propositio-
relen & religionis sectarum: ex iisq; probaturi, num Lü-
therus hæresiarcha fuerit, ejusq; opinio-
nem sine S. Scripturæ adhæriæ prætendentes: ut sic veritas
repurgatæ per Lutherum religionis demonstretur. Quam
éost certe gravem cum proponimus, à summâ sapientiâ principi-
um erit. Vnde p[ro]p[ter]o Co[sm]oph[il]o Th[om]o ardentibus votis oramus, ut nos ducat
in omnem veritatem. Sermo ejus veritas.

Dolendum est, auditores, multisq; exaggerandum querelis, no-
bile illud animal ðm̄s̄ m̄s̄ ðxlm̄s̄ hominem, adeò in scientiâ boni du-
bium ac stupidum esse, ut pro vero sibi utili, φαινόμενον perniciosum eli-
git, imaginem sic Dei perditæ in vanam ñxovas transmutando; quod
licet ex cognitione rerum naturalium eluceat, apertius tamen in reli-
gionis electione cernitur. Omni quidem homini, licet bárbaro, οὐκ ἀ-
ργός est, E s e Deum, cum se tam palpabiliter manifestarit, ut A-
postoli verbis utar, ut eternam mentem suscipiendam admirandam, Actor. 17. 17.
esse cogatur hominū genus confiteri, dicente Tullio. Quem autē hanc lib. 2. de di-
supremam mentem & Deum eternum esse barbari voluerint, plànè vin.
incertum appareat. Egyp[ti]i enim duos Deos coluerunt, Solem & Lunā, Diód. Sicul.
& illum quidem Osirim, hanc I[s]m vocarunt. Assyrii & Babylonii lib. 1. histor.
Belum adorarunt. Macedones Gabyrum. Athenæ Minervam. Del-
phos Apollinem. Cretenses Iovem. Lemnos Vulcanum. Romani Qui-
rinum. Latini vel Itali Faunum. Persæ Mithram. Afri Neptunum.
Nordmanni Odén/ Thor/ Frygga/ Deos pro Saturno, love, Venere Ol. Magnus
Gothicæ nominatos. Atq; sic imaginem veri Dei barbarè deformando,
culiunc

cultum suum religiosum in Dæmones & homines, aliasq; creaturas (pudendum factu; abominandum relatu;) vel ob miracula factorum, vel ad adulatio[n]ē presentis fortunæ, vel ob beneficia in se collata, converterunt. Sed bunc naturalem defectum cognitionis veri Dei cum verbum ipsius per Prophetas & Apostolos ad nos delatum resarciat suppleatq;, religionem barbarorum mittamus; causas sectarum & opinionum consideratur illorum, qui Scripturam sacram vel totam, secundum plerasq; partes retinent, & ex eâ delectam suam hæresin probare conantur. Atq; sic scriptura cum nonnullis videatur diversæ religionis causa & origo, vel occasio saltē, de eo primum dispiciamus: quod quidem breviter possemus, monstrando nempè absonum & contradictorium esse, idem quod verum doceat, idem & falsum docere; nisi Romanenses fortius urgendo hanc instantiam, suum fecissent Sopisima.

Phil. in vita Lutheri. Ecc. Enchir. resp. 3. objec. hæret.

Scimus enim Iohan. Ecclum non modo in Colloquio Wormatiensi Lutheri objecisse, quamvis hæresin ex scripturâ ortam, ut Ariam ex hoc Evangelio; Ioseph non cognovit uxorem suam, donec pareret primogenitum, &c. Sed & similia in Enchiridio suo pro imperf

Colon. Cens. p. 14. Alb. Pighius lib. 1. Hier. c. 2.

etione scripturæ posuisse. Colonenses scribunt, Waldenses olim suieroris ansam ex eo, quod scriptura nimium inniterentur, accepisse. Unde quendam Papisticum Democlem scribere non puduisse legimus, data esse Apostolorum scripta, non ut præcessent religioni, sed potius subessent. Sed quomodo Scriptura fallat, quæ πν̄ος & est? 2. Tim. 3. 16.

2. Pet. 1. 21. Quomodo imperfecta sit, quæ perfectum instruit ad vitam? 2. Tim. 3. 17. Quomodo hæresis doceat, quæ hæreses refutat? Matth. 4. 10. & 22. 29. Joh. 5. 45. Act. 18. 28. Quæ regula est fidei? 2. Par. 17. 9. & 31. 21. & 34. 32. Ps. 19. 5. Galat. 6. 16. Verbum Dei? Rom. 10. 8. Semen Dei? Marc. 4. 14. Luc. 8. 11. Quæ dīgo est Dei exarata? (utut Esaw ita Costerus hoc neget) primum tabulis lapideis, Ex. 31. 18. Deut. 4. 13. Deinde certo beneplacito in chartis vel membranis (ut Iosephus refert) operâ Prophetarum in V. Testamento, Apostolorum in Novo, Ex. 34. 27. Deut. 31. 9. 2. Sam. 23. 2. Ps. 118. 17. Jer. 30. 2. Matth. 28. 20. Luc. 1. 3. 1. Tim. 3. 15. & 5. 21. Apoc. 11. 19.

Coff. Ench.
contr. p. 44.

- 11.19. Ast obstrepit fratum Cadmæorum ordo verè ex(tra) Societa- Coll. Ratib.
te(m) Iesu dictus, ita inferens: Quia scriptura loqui non potest, & sic P. 274. 292.
in individuo non notat, quis eam pravè interpretetur, sectasq; da-
mnandas tueatur, καὶ οὐλον ἀνυπόθιστον esse nequit; sed materia di-
versarum interpretationum, & si herefœn erit: unde religiosis scilicet
nominibus sacra monumenta honestant scripturam vocantes judi- Melchior
cem mortuum, natus flexibilem, rem inanimatam, quæ per se non lo- Canus, La-
quatur, rem obscuram & ambiguam, elinguem & mutam, regulam tomus &
Lesbiā, fabularum instar Aſopi, &c. Sed videamus quid discriminis auth. script.
ſit inter Scripturam sacram & profanam, & an sacra loquatur inq;
individuo signet hæreticum. Verbum Dei S. Scripturam esse ac dici in
confesso est, & quidem non nude τερψθεντε, ut sonum formet auresq;
demulcat; sed εργαλει, Rom. 1.16. quovis anticipi gladio penetrabi-
lius, ad divisionem quippe animæ & corporis pertingens, Hebr. 4.
12. Inq; corde residens, Deut. 30. 14. Rom. 10. 8. Adeò infixum, ut
hoc verbum respuens, non sine conscientia cauterio idem legisse vel au-
divisse ſentiat. Joh. 5. 45. & 12. 48. 1. Tim. 4. 2. Si hoc tacere est,
ut audiens dictata percipere nequeat, nec ullum hominem unquam lo-
cutum fuisse duco. Sic itaq; loquens Scriptura Dei, ex universali quam
ponit probationis ſectarum regula; Omnem nempè in Iesum
mundi Messiam in scripturis revelatum non perseveranter
credentem damnatum iri; Cuig διποδεκlinatio subsumendum re-
linquit, Tu & tu in individuo no ita credis; Ergo damnaberis. Quam
conclusionem Cweidit, Qis erroris ſibi conſcia (nī in mentē reprobam iu-
ſto data, 2. Thess. 2. 11.) ag; in religionis negocio ex norma S. Scriptu-
rae ratiocinari potest, ac in practicā rei naturalis cognitione ex Cwīngit
(quod Physici docent) quam eruere valeat. Quod Laclantius obser- Lacl. div. inf.
vans de S. Scripturis hac inquit. Num igitur Deus & mentis, & vo- lib. 6. c. 21.
cū, & linguae artifex dixerit loqui non potest? Imò verò summā provi-
dentiā carere ſuco voluit ea, quæ divina ſunt, ut omnes intelligerent,
quæ ipſe omnibus laquebatur. Hæc ſacrorum ἀγελιav Bibliorum evin-
cere mihi persuadeo, quæ non ut Controversiam tractavi, non ut re-
futa-

futationem objectionum contrariarum explicavi: sed ut demonstracionem certitudinis S. Scripturarum, attigi, proposui. Ex quibus &quis simi auditores, vel metacente, colligunt Scripturam S. nullatenus haberi hæresem causam, sed judicem; non originem, sed destructionem. De verâigitur causa ut sollicitissimus, instituti ratio poscit, flagitiat.

Oracula divina in sacro Codice Biblico conscripta, cùm verè sint norma religionis; errorum principium & causam esse, aliquid contra S. Scripturæ veritatem prætendere, per sepe patet. Hanc autem audaciam & dominium in Scripturam formare solent multæ eaq; diverse cause, quæ cùm sèpissimè sint ex inani presumptione & malâ scripturarum intelligentia, ceu tentationis indicia: non male nos pravam temptationem pro causa contemptus S. Scripturarum, simul autem erroris defensionem pro principio ac origine sectarum habere & exponere statuimus: sic illam pro potentia ac dispositione, hanc pro actu ac habitu hæreos accipientes. Dei temptationem, quam scriptura vocat, qua suos exercet & probat, hoc nomine non intelligimus, cùm plane aliud sit generis, diversum habens objectum, fideles scilicet, Genes. 22. 1. Ex. 15. 25. Deut. 13. 3. diversumq; finem, ut nimirum tentatio ad malum non cedat, Jac. 1. 13. Vnde viribus piorum à Spiritu S.

TENTATIO infusis nec gravior est, i. Cor. 10. 13. Sed neq; quod hæreos causâ ille
Matth. 6. 13.
Luc. 11. 4. est, à quo ut libaremur, Christus precari nos docuit. Illa tentatio est
cujus effectum fuit murmur Israëlitarum contra Deum in Raphidim,
ut sic ipsi dicerentur Deum tentare, Ex. 17. 2. Quo murmure adi-
tum sibi parârunt ad novam religionem, postmodum subsecutam ido-
lolatriam: quod ceu notanter videmus textum innuere Biblicum, Ex.
32. 7. dicentem Israëlitas peccasse, vel castigatius corrupisse, ut sonat
Deut. 9. 12. quasi diceret: Israëlitas ex temptatione carnis, impati-
entia, ceu causâ multipli murmur expressâ, tandem in publicam hæ-
resim prolapsos, neglecta verâ religione prius cognitâ. Illa etiam tentatio
est superius prava dicta, à qua ut Deus Israëlitas converteret Elias pe-
titivit, i. Reg. 18. 21. 37. Illa deniq; tentatio est, quam Christus præcepit
Discipulis suis, ut orationibus ac vigiliis averterent, Matth. 26. 41.

Ne

Dicitur
principales hæ-
reos causa.

Nescilicet securitate sepulti, à Christo & verbo ejus in hæreses & se-
 etas prolaberentur. Hæc autem tentatio cùm à propria non tantum
 carne dependeat, sed & suggestione Diaboli mundiq. illecebris: placet
 hanc causam hæresium generalem, tentationem dictam, paulò conside-
 ratius pensando in particulares despescere, quæ si non singulæ suffi-
 cient, & hæresin faciant, multæ tamen movebunt, ut de signis amori
 medentibus Ovidius ait. Carnis temptationem si consideremus, eam Carnis.
 multiplicem videmus. Primo est in naturâ quid prædominans, quod
 captui humano mysteria divina æquare tentat; estq. vel ex affectu, &
 concupiscentia dicitur; vel ex conceptu, & præjudicium nomi-
 natur. Concupiscentiam carnis suffocare Dei verbum, & præter multa
 incommoda temporalia, etiam lites gignere invidiosas, quas religionis
 putamus & sic causam hæreseos esse, non Christo explicatore, nec Apo-
 stolis divinatoribus opus habemus, cùm Ecclesiæ praxis causam mani-
 festè confirmet. Secta namq. Nicolaj anorū ad libidinem cerè explen-
 dam communes habendas uxores voluit, idq. ex hoc factis satis impu-
 ro, licet simplici & sic excusabili, ut quidam volunt, Nicolai Antioche-
 ni, Diaconi Ecclesiæ Apostolica: quod uxorem suam forma excellen-
 tem reliquit cuivis petenti habendam, ad declarandum se venereum
 voluptatem contemnere. Quem tamen finem Nicolajani hæreseos oc-
 casiōnem nacti, in bonum concupiscentiæ converterunt, à suis libidini-
 bus fidem qitæ statum instituent, referente Eusebio. Exemplasi
 plura velitis, auditores, novissimum quid nobis suppeditat seculum, u-
 bi ignavissimo cuig. (verbis Polydori Vergilii utor) jam novæ religio-
 nis introducenda libido incessit. Qua causa enim Franciscus quidam
 Sicus, D. illius Francisci summisionem emulatus, minimorum or-
 dinem ac sectam instituerit, historia produnt. Hic cùm esset homo tam
 laboris fugiens, quam ignavia amator, videbat se meliori gradu ocio
 suo concupisibili consulere non posse, quam si specie sanctitatis,
 monastice ceu quiete religionis ordinem fundaret. Nec proposita causa
 vivo carebit exemplo. Quis enim ignorat, qua causa circumforanea
 illa secta ignavorum ac ociosorum hominum, sub religionis nomine

I.
Concupi-
scientia.
Marc. 4. 19.
Jac. 4. 1.
2. Pet. 2. 2.

Polyd. de inv.
rer. lib. 7. c. 5.

Affyriorum, Antonianorum, & Cäretanorum circumcurset? Quis ignorat hos ociosos, vulgo pro Tartaris ob vestitus deformitatem & corporis maculam habitos, planè laboris ex consuetudine impatiens esse? Quis ignorat hanc sectam gratiâ explendæ sue ignavia & concupisibilis ocii conflatam, indiesq; agyrts & nebulonibus ociosis auclam, qui nunquam Assyrium, vel patrium quem profitentur cultum viderunt, vel unquam visuri sunt? Quis deniq; ignorat, quibus fraudibus agnos, gallinas, porcos, oves, hædos furentur; dum per agros cattervatim abeunt; quo astu hi à credulis hospitibus lanam, linum, casuum, vinum sibi comparent? Quia fascinatione mulieres horū Chiromatian profitentes, per linearum manus inspectionem divinando, furtim pecuniam è marsupio auferant? Quam certe sectam ignavia coegerit, ocium procreavit, fuga & odium honestorum laborum sustentavit, hodieq; ita continuat, ut quanquam cæsi hi agyrtæ abeant, discendant, non tam ab heresi desistant, nec circumcursetare desinant: quod & Patria mea (Suecia) testari noverit. Sic concupiscentiam libidinis & ocii causam esse heresewn appetet: An & preconcepta opinio Sacra Scriptura & præjudicet; & sic aliquibus novæ sectæ occasio fuerit, videbimus. Quæ fuerit causa hereseos Cerinthi & Hebionis, ex Eusebio notum est. Hi enim ex præjudicata necessitate rituum servandorum Mosaicorum, Christum mundo nil profecisse docuerunt: sic ille circumcisionem servandam esse, hic Christum ante Mariam minimè suisse voluit. Quæ fuit causa erroris Silesii illius Suenkfeldii, quo S. Scripturas misere traducendo, eas ad salutem nil conferre; sed motum internum Spiritus sive Evangelium potens, quod ipsum esse Christum dixit, profitebatur? Præconcepta opinio. Oh vivum exemplum! Quæ causa figurata est expositionis verborum Cœna Dominicæ à sacramentariis excogitata? Præconcepta opinio. Hoc post Calvinum optimè probat Musculus tali ratione: In verbis Christi, inquit, si & enlò servetur, offenditur visus; si Agnoia, auditus. Plus autem cum valeat oculatus unus, quam auriti decem, magis credemus quod firmioris ensu innititur. Vbi notes fidem horum ex visu esse. Quia itidem causa antiqui

II.
Præjudicium.

*Tom. i. orth.
Conf. part. i.
devoc. mi-
nist. sui.*

*Musc. in exp.
Catech. de
Cœna.*

antiqui hæretici, Simoniani, Valentini, Gnosti & reliqui S. Scripturam vel totam, vel secundum partes repudiârunt, imò antiquiores tal. hæres. Epiph. in ca-
 his Sadducei omnem præter Mosaicam? Quānam hoc causa factum?
 Præconcepta sufficientia opinione. Qua causa adulatores Pontificii Papæ potestatem αὐτοῦ θυνον ascribunt, ut libros pro libitu canonizet, ex-
 ampli gratia, librum Hermetis vel constitutiones Apostolicas à Cle-
 mente Romano editas? effrenata certe audacia, & præconcepta opinio-
 ne. Vel qua denig. causâ hæreses maxime inventa & excogitatæ sunt?
 Præconcepta opinione. Hæc mentis est libido, verbo Dei præjudicandi.
 Hæc illa est uero mysteriorum divinorum in mente humana.
 Hæc est rationis uerba in rebus fidei: Ab hac domina ratione ceu ve-
 nefica monuit caendum Lutherus in majori sua Confessione. Ab hac Tom. 2. Vitt.
 ex summa obtestatione Timotheum dehortabatur Apostolus. germ.
 Hoc ita naturæ predominans mentis præjudicium, pravam scriptura-
 rum intelligentiam gignendo, magnarum sectarum principium fuisse,
 imò ab hæresin hæresin instabiles duxisse scimus: hoc monstrantibus
 suo exemplo Calvinianis, qui ad Castra præsertim Pontificiorum di-
 verterunt. Dum enim hi S. Scripturæ ita præjudicarent, ut à verbis ac
 ἔθη, ad sensum & ἀγρον discederent, & suas, more Pontificiorum,
 glossas fingerent, & sic in fundamento, ceu formali, cum iisdem conve-
 nirent; facilimus his patuit aditus in illorum descendendi sententiam
 & hæresin. Quid studiorum confidentia, & vana doctrina arrogan- III.
 tia in formandis hodiernis hæresibus præstiterit & adhuc præstet, lip. φιλωλία.
 pis & tonsoribus notum est. Pro exemplo erit secta Calviniana. Hujus Calv. Conf.
 antistes (Patriarchæ Calvini arrogantiæ vocem, qua nostros Theolo- Tigur. Anno
 gos interpres preposteros vocavit, omitto) quam uafre sensu sue car- 1549. p. 15.
 nis inflati, ut Apostolus dicit, provocent ad regulas Logicas, quasi in de-
 formi discursu aliquid his sit præsidii, illig. φιλωλία. n. ad sedis doxæ alii
 melius disputent, viva praxis ostendit. Item qua intentione rabula Ie-
 susiticus, solus scilicet ordinis disputatorii conscius, in Colloquio Ra- Anno 1601.
 tibonensi ad formam vociferatus sit, aliis non indigens testibus,
 quam misero illo auriga von Regensburg in felici loco & hora seffio-

ORATIO

nem quandam Colloquii accidente. Qui audiens Iesuvitam Stentoriē vociferantem ad formam, ad formam, sibi Latinam non bene calenti ad Fuhrman ad Fuhrman sonans, metu factae proditionis vei illusionis miser propere discessit, φλωβλαν̄ ac sapientiae confidentiam colloctorum Pontificiorum sic scripto publicans. Atq; vanissimam istam studiorum arrogantiam non postremas in secta formanda prestatre operas patet. Sic judicii precipitania multis persuasit, ut contra S. Scripturas saperent: quo modo deceptum illum antiquum scriptorem Origenem Adamantium accepimus. Vbi mystica Scriptura Veteris Testamenti expositione, literalem sensum pervertendo, Iuliano Apostolae ac Porphyrio Philosopho sua hac interpretandi arrogantia Biblicam scripturam deridendam propinavit. Quid prestatiterit Apostolorum temporibus vana eruditio persuasio, in Simone Mago, gratiam conferendi Spiritum Sanctum pecunia sibi divendi contende, notius est, quam ut multis exponi debeat. Et haec quidem temeritas tantum heretico aucta est, ut Apostolum Petrum in miraculorum certamen provocare ausus sit, referente ex Eusebio Polydoro: Hinc Paulus sapientiam carnalem heresios causam arguens, auditores suos Romanos, ne altum saperent, vel sibi ipsis sapientes essent; Corinthios, ut omnem intellectum redigerent in obsequium Christi, gravi judicio horatus est. Prodit demum, ô auditores, subtilior causa novae fundenda religionis, à natura humana administrata, unde eam simul tentacionem carnis appellamus, quae est fucus religionis, vel species vera pietatis; quaquam multi decepti sint inq; hereses prolapsi, ne hora sufficit numerare. Deum namq; quem Philosophi Ethnici supremum ens vocant, cum religiosè adorandum esse natura constet, cultus speciem natura dare tentat; sic homines suis mandatis ac inventionibus, licet Χριστοῖς, Ἰησοῦς οὐκεῖος, similimis panno menstruata verum Deum colere tentant; cum tamen blasphemant; intentio quanquam sonat in oculis hominum speciem veræ religionis. Pro exemplo non Pharisæos, ob speciosam religionem à Christo, illis ad tedium, facta vero legenti ad nauicam refutatos adducemus: cum ob veram scilicet legis interpre-

Polyd.lib.8.
€.3.

Rom. 11.16.
2. Cor. 10.5.

I.V.
Species verae
religionis.

Phil.3.7.
Coloss. 2. 22.
Esa.64.6.
Matth.15.9.

pretationem & speciosam pietatem hos præcipue sanctos habitos, & ab aliis sectis quasi separatos ac divisos (unde nomen illorū Perusschim, Christi tamen expositione, Matth. 21.13. rectius Pheriuzium) novimus. Sed videamus qua cultus opinione Essæ solitariam suam vitam instituerint, qua specie religionis Anachoretice vel Eremiticæ vita fundamenta jecerint. In civitatibus dum habitare nolabant, pecuniam & fundos dum negligebant, dum mercaturam non exercebant, nec ordinem vita vel distinctos gradus observabant, oculariter apparet, hos religiosam pietatem prætendisse. Sic cum Deum summè diligere, virtuti diligentissimè studere, proximum perfectissimè amare vellent, decepit incertos improba domina ratio, ut certum & discretum via statum, certa & electitia opera cum opinione necessitatis ac cultus religiosi eligerent. Tantum hisce sanctis species vera religionis imposuit. Hac itidem occasione, hoc fuso Encratitas sui cultus ac religiose pietatis speciem invenisse, & eynegad' eum corpus vincere ac cohibere cepisse, ex Epiphanio citat Apol. A. C. Italus ille Franciscus, monastica vita forte solus auctor, quid etiam tentarit nomine religiosioris pietatis S. Patrum temporibus, notius est quam ut multis sit referre necesse. Hic enim una tunica, ex prescripto quod iactitabat Christi, Mat. 10.10. male tamen intellecto, contentus, nudis etiam pedibus incedebat: licet prius D. Augustino vivente, ut quidam scribunt, calceatus, tuniciq; duabus indutus conspiceretur. Hic socios suos minores dici voluit, ne scilicet superbia tanquam sanctitatis comite intumescerent. Sic sedulitatem cultus verae sanctitatis opinio promovit. Sic fucus religionis illud effecit, quod prescripta Dei in verbo religio facere non potuit: illud excoigitata sanctitas dedit, quod vera justitia nequivit. Tantum speciosa hæc pietas intentioni Eremitæ addidit, tantum institutum ejus promovit, ut Minoritarum nomen nunquam intereat, ut omnes fermè Monachorum ordines suam originem huic tanquam auctori referant acceptam. Atque sic religiosa illa pietas hominum mentes fascinavit, sic stupidam plebem dementavit, ut quævis idolatria, immo sororëa & incantatio pro veram habeatur religione. A qua tam
Euseb.lib.8.
præp. Evang.
Joseph, lib.
18.antiq. jud.
c.2.
Apol. A. C. P.
mihi 244.

men cœu omni specie mali, summo studio cavendum, & tales, speciem
prætendentes fugiendos Spiritus S. monet, i. Thess. 5.22. 2. Tim. 3.5.
Adderem pro causa datis modis etiam timiditatem, qua caro infirma
tyrannide tentata, sic persecutio[n]i impatiens religionis sectas eligit: si
hæc non involuntaria & B[ea]t[us] videretur. Magis ergo cùm timiditatis
tentatio hæreses datas accipiat, quām novas constituat, eam suo
loco relinquimus. His explicatis modis caro cœu infirmitas humana
tentat, tentando hæreses promovet ac format. Quaratione huic subdiariam
faciat opem mundus immundus, ut in hæreses sectasq[ue], religio-
nis homo incautus prolabatur, deinceps patescat. Illecebris mundi plu-
rimos decipi, inq[ue], alius cultus opinionem descendere; non tragicus exitus
querelam Francisci Spieræ, ad falsi cultus Professionem tam pecunia
conducti, quām autoritate territi, pro sufficiente probatione accipa-
mus. Nec contemnitum sacram invitationem ad nuptias cœlestes,
ex villa curatione, boum probatione, ut libidinis explemento; alium
ita cultum religiosum comminiscientium exemplo, cœu instituti proba-
contenti erimus: sed pensiculatus modum ruminemur, quo uti soleat
fucus mundanus ad novam monstrandam cultus necessitatem. Quod
fieri maximè observamus sanctitatis superbiā aut nangyndia. Superbia
hæc mundana est, quam in suis discipulis Christus severissime repre-
hendit, ut hoc factō itidem in veram Messia[r] religionem intenti, men-
tes suas ac cultum religiosum ab idolo cœu Messia suo fictitio, Regeputa
mundano, Iudaorum illo Schemhamphoras, averterent, corrigerent.
Hæc superbia est, à qua exemptos Christianos Scriptura dicit, ne forie-
hac causâ turgidi, falsam, licet nomine pietatis, soverent hæresin. Hæc
autem superbia mundana & sanctitatis confidentia secularis multi-
formis videtur, plurimis quippe iisq[ue], diversis producta causis, quod per
exempla ex historiis petita probabitur. Mundana quid valeat erudi-
tio, cœu sapientia illa quam terrenam, animalem, diabolicam Apostolus
vocat, ad dementandos homines, hæresesq[ue] faciendas, monstrat Presby-
teri illius Romanischisma Novati, certe novi, cùm nova & inaudi-
ta, ut Episcopatum obtineret, tentavit; quem quò ambitio ejus &
superba

Tentatio
mundi.

Matth. 22.
Luc. 14.

I.
Superbia.
Matt. 20. 22.

Joh. 16. 19.
1. Cor. 1.28.

I.
Eruditio[n]is.
Jac. 3.15.

superba eruditio protraxerit, melius vos, ô auditores, Cyprianus prò-
 priis verbis magna gravitate doceat, quâme ego levi circumlocutione
 ab eodem, vel Eusebio forte petitâ, tradicerem. Hic ita refert. Novatus Cypr.lib. 2.
 rerum novarum semper cupidus, avaritiae inexplebilis, rapacitate fu- pift.8.ad
 ribundus, arrogantiâ & stupore superbi tumoris inflatus, semper iſthic
 Episcopis male cognitus, curiosus semper ut perdat, ad hoc adulatur ut
 fallat, nunquam fidelis ut diligit: fax & ignis ad conflanda seditionis
 incendia: turbo & tempestas ad fidei facienda naufragia: tranquilli-
 tatis adversarius, pacis inimicus. Idem est Novatus, qui apud nos pri-
 mum discordie & Schismatis incendium seminavit. Hæc dictus pa-
 ter de novo homine, primo arrogantiæ hæresiarcha habet. An etiam
 plures eadem superbiæ peste, vanâ eruditione, quam ψλωφον γρ̄o Cy 1.Tim.6.20.
 vere ab Apostolo dici meminimus, seducti sint, considerandum restat.
 Atq. sic causa heresos Arii Presbyteri Alexandrini patebit. Hic
 enim natione Afer, ingenio vafer, agè ferebat Episcopum Alexan- Hist.Trip.li.
 drum, facundiâ & disciplinarum cognitione sibi non conferendum,
 loco superiorem esse; cumq; conversationem ejus honestam calumnia-
 ri non posset, aliud quid, in specie eruditioñis confidens tentavit: sic Fi-
 lium Dei creaturam dixit, nec Patri ab ēterno coëssentiale: sic Fi-
 lium revera Patre inferiorem afferuit, licet gloriâ & maiestate qua-
 dam ornatum. Nonne furiosi hujus dogmatis causa fuit stupor superbi
 tumoris? ut superius Cyprianus vocavit? Nonne damnabilis princi- Coloss.2.4.8.
 piū Schismatis fuit eruditioñis superbia, licentia invidia, affecta-
 ta contradicendi libido? Haud alia horum Presbyterorum amborum
 videtur defectionis causa. Non ergo sine judicio, non sine causa, Apo-
 stolus sublimitatem sermonum & inanem Philosophiam, ceu falsò no-
 minatam scientiam abjudicavit, eruditioñis jactantiam ceu causam
 alterationum & schismatiuñ damnavit, & ejusmodi superbos spiritus 2.Tim.2.23.
 novitatis studiosos notandos esse, ab eisq; declinandum monuit, seve- Tit.3.9.
 rissime iussit. Sic eruditioñe inflatos dedisse Schismata audivimus. Su-
 perbia autem mundana cùm non sola eruditioñis sit; quod vel in su-
 perbi Antichristi, ceu hominis peccati ruinitate ostendit scriptura, dum
 Rom.16.17.

bestia eum comparat, & eventus talem comprobatur. Hic enim sive de-
 fectionis Antichristianæ autores ac Praefules Romanenses Pape, (quod
 Apoc. 13. 18. vel ex numero Rumiit, id est, 666. à Iohanne Theologo notato, con-
 cludimus) non est ut propter eruditio[n]em gloriantur, cum aliquos tan-
 tas bestias & asinos esse perceperimus, vix ut nomen suum proferre
 vel scribere scirent; imo instituens asinorum (Scholasticorum dicerem)
 Synagoga emendationem Biblicam iussu Sixti V. Pontificis, tantum
 absuerit, ut Solæcismos corrigeret, ut eosdem potius canonizaret. Qua-
 lis est, Marc. 8. 38. Luc. 12. 8. Confusus, pro confessus, &c. Loco igi-
 tur confidens tanto timore, superbo[rum] furore discessione[n]em fecit Anti-
 II. Loci.
 2. Thess. 2. 4. christus, ut supra omne quod colitur & Deus dicitur, se se extolleret:
 Apoc. 13. 4. vel quod Apocalypsis habet, ut hanc bestiam admirata universa terra
 adorarit. Sic ex superbia loci sive confidentia gradus religionem Anti-
 christianam nō modo ortam patet, sed & confirmat am, ac ita auctam,
 Conc. Conft. Anno 1415. ut audeant Pontifices Romani, jure scilicet sessionis Apostolice, se ex
 Cathedra definientes præferre S. Scripturæ, imo ipsi Christo. Qualis est
 contra apertam & ex confessu manifestam institutionem
 Salvatoris, &c. Si præterea causam principaliter moventem, ceu
 variarum fictiarum opinionum de Persona Christi, Sa-
 mosateni, Nestorii, Eutychis consideremus; non obscurè elucet, ma-
 gnam novitatis & dogmatis his fuisse superbiam gradus ac eminentiam
 loci. Episcopi enim & Antistites quia fuere, multa authoritati licita co-
 gitabant: quod vel primi illorum Praefulis Antiocheni exemplo totum
 clarescit; qui tanta insolentia fuisse scribitur, ut Episcopatum adeptus,
 literas dictaret & legeret, non consueto ceu humili modo, sed inter
 viam magno constipatus agmine præcedentium & subsequentium.
 Quæ arrogantia tam intolerabilis plebi fuit, ut multi ex hoc facto
 Christianam religionem detestarentur. Hanc insuper loci superbiam,
 non a sede & dignitat[i] esse gradu: sed & superioris ortus vana confi-
 dentia, & loci generosioris prava arrogantia, facile ex effato Apostoli-
 to i. Cor. 1. 28. & 2. 6. dicerem; si hac operâ studium Theologicum
 Nobis

Nobilibus nostris non invisum redderem. Præcautione tamen, ne nobili loco nati vana præsumptione stylum S. Scripturæ pro sui generis maiestate, non fidei proprietate exponant, exemplum Francisci Stanhari & Caspari Swenkfeldii illis considerandum offero; pro cunctis & certiore confirmatione, Mahometi genere nobilis historiam addens. Hic enim Persa (ut à multis habetur) non eruditione inflatus (azyrta quippe & mercator) sua seditionis turbas dedit; non Spiritus S. gratia illustratus ac turgidus se Dei Prophetam jactitabat: sed nobilis sede ortus, admirationis cupidus, Arabibus novam religionem predicabat. Sed institutione Novatiani illius Sergii Monachi edoctus, mixturam Iudaice & Christianæ religionis novis ac strictis legib. includebat, magis multum artibus sibi optimè notis adjutus, factis spiritus, nī malitigni, raptibus confirmatus. Sic Saracenos constitutionem circumcisio-
 nem, aliosq; ex more patrio ritus retinentes facile ὥριφες habuit, facile pro religione defendendâ eos in arma contra Persas concitatavit. Et Rex ac Prodromus factionis à sc̄tariis ita salutatus, non modo Persas domuit; sed & Syriam, Ciliciam, imò bonam partē Asiae suis legib; brevi subjugavit, finesq; suos ampliavit, qua fortunæ felicitate ita superbiebat, ut toti nomini Christiano hodie bellū απονδον indiceretentet. Atq; tot mundi inflati illecebris, tot superbia incitamentis opiniones cultus das, sc̄tas religionis sparsas probasse sufficiat. Prava imitatio ceu quidā mundi πεις Quod quomodo fallat, paucis aperiemus. Quod gen-
 tiles sacrificare Diis suis, Israëlitarū præcipue religionem pravè emulan-
 tes didicerint, observarint, non eget probatione; cùm ritus sacrificandi haud dissimilis, non modo hoc probet sed & idem fateantur scrip-
 tores Ethnici: & de Rege Cretensium Meliso, qui pompas & sacrifici-
 candi ceremonias primus introduxit; deq; Fauno ritus introductos i-
 mitando, Italos sacra docente, (quod tamen ali⁹ Noah, Ianum à Jayn
 vitiis plantatione sic dictum, etate post diluvium aurea fecisse produnt)
 illud ipsum testetur Lactantius. Quomodo Papicola D. Gregorii piam Laetan. lib. 1.
 intentionem depravantes, exemplum pravè imitantes, indulgentia-
 rum nundinas excogitarint, auditoribus minimè ignotū puto. Quod
 C 2. enim

ORATIO

enim ille simplici pietate, publicè publica grassante peste paenitentibus indulgendo instituit; illud h̄i ad proprium augendum fiscum acceperunt. Sic absolutionem nomine Indulgentia dictam, primum optimo usū in stationibus, quibus populus frequentius interfuit, habitam, in blasphemum abusum, ipsamq. idololatriam n̄a transformavit. Habe's ne sufficienter probatum, quod mundus tentans ex pravâ imitatione heres, si non dederit, tamen confirmārit? Certe si quid probandum restat, plus quam sufficienter, plus quam dolenter, non ad risum & nauseam, sed ad vim & ausum, imō fidelium suspiria, totum explicat tremendū illud (lente dicamus ne audiant Zwingiani Marpurgenses) miserandum, abominandum, damnandum hodiernorum principiū Calvinianorum intentum, quo suam pīctam, fictam, repre-

Tom. I. disp. Giessl. disp. 7. *panis Eucharistici fractionem, V. potius Testamento th. 25.33.*

Tentatio
Diaboli.
1.Pet.5.8.

Visionibus.

2.Cor.11.14.

representativam, præfigurativam (liceat mihi verbis Rev. Dnn. Præceptorum meorum uti) tanquam partem Cœnæ Dominicæ substantiam, Novo propriam; tanquam partem Cœnæ Dominicæ substantiam, Christi exemplo, incongruè observato, servandam docere, Ecclesiæ obirudere moluntur. O facinus hominum inauditum! O mores Ecclesiæ perditos! Sed h̄ec notasse sufficiat: ad alia nos properare, instituti nostri & temporis ratio monet. Sic itidem tentationem Satanicam heres studiōse promovisse veris exemplis monstrabimus. Satan as verè Satam, ut Satan, in modum quippe Leonis rugientis, quaren̄ quem devoret, non tantum decipiāt, cūm indefessum ponit studium, ut veram veri Dei religionem pervertat, variis vel mille modis hominem decipiendum agreditur, tūm formâ visus speciosâ, tūm insufflatione agens fucosâ. Et quidem habitu Diabolus specioso homines tentasse, tentando devicisse, sectasq. dedisse; non Apostolo præcavente, nec superiore Ecclesiâ testificante cœnū nuncius indigemus: cūm novissimum hoc seculum probatione abundet. Quis malus genius Cinglio somniarii apparuit, heres in cœptam, cœn sanctam, defendendam monens? Quis Orci famulus larvâ Satanicâ heresiarcham induit, ut hic aliter B. Lucifer non videretur, quam personatus Diabolus? Quis deniq. furiarum nuncius sectarios numero multorum scelestorum (calestium dicere?)

rem) Prophetarum ad auxit? Omnia tentator furiosus: Omnia Diabolus larva induitus: Omnia Satan homo personatus. Quantas itidem in Purgatorio revelando impenderit operas forma spectrorum larvatus Satanas, aliunde uberior scitur. Magnum ergo putemus au-
 sum esse Diaboli, magnam operam Satanae in ponendis hæresibus. Vi-
 rego exinde majores habet, quod non modo à priori, assumpta specie
 humana, tentationes instituit: sed & à posteriori, cœu cognita hominis Suggestioni-
 inclinatione ad dubias religionis opiniones per insufflationes monen-
 do, aliciendo, objectumq; plausibile subministrando defectionem mo-
 litur. Quod ut pro exemplo, ita pro cautione, in Monachatus familia-
 rum constitutione elucet. In Philosopho quodam Parisensi Brunone,
 ex querula demortui, licet amici, se damnatum clamantis voce, terri-
 to, tantum suggestionem Diaboli valuisse historicus Vrbinas refert; ut
 Carthusiam abiens novam sanctitatis sectam dederit, quæ Carthusia-
 na dicebatur. Fundatores etiam Ordinis Trinitatis, quem vocant, per
 quietem admonitos (Diabolo monitore puta) sua familiæ confirmatio-
 nem tentasse, & sic à Pontifice Martino IV. certum vivendi modum
 petivisse, idem citat. Nec est quod memorem authorem familiæ ser-
 rum Mariæ Virginis, Philippum Florentinum, sui instituti ac religio-
 sitatis à Phœnicio oraculo (hoc Christiani divinationem Diabolicam vo-
 cant) accepisse: videbimus saltem anné Iesuatorum nostrorum sugge-
 stione Diabolica confirmatus sit ordo. Quod Hispanus ille Loyola (ut
 hoc mihi de suo largiatur Doctiss. Chemnitius) peregrinationem Hie-
 rosolymam versus instituit, fuitne ex tentatione Satanica, suggestente
 militi sanctiorem communī religionem instituendam? Quod Romam
 cum sociis appulit, à filio perditionis confirmationem religionis petitu-
 rus, suggestione hoc homini sanctitatis avido Diabolus? Certe puto,
 vosq; auditores, consentientes video. Tanta igitur cùm temptationum
 Satanarum fraudes sint, D. Paulus ut necessario, ita sedulo, ne demus
 calumniatori locum monet, suadet. Atq; hæc est illa tentatio, quam pri-
 mariam & principalem esse heresem, ac religionis sectarum causam di-
 ximus, explicavimus. Iam superior sequitur hæreses causa, erroris de-
 fensio,

2.Cor. 4.4. &

11.3.

Suggestioni-
bus.

Polyd. lib. 7.

c.3. & 4.

Chem.exam.
Trid.par.I.in
princ.1.Cor. 7.5.
Ephes. 4.27.
1.Tim. 3.6.7.obsequi
auctorit

fensio, qua variis temptationibus in deviū deducitus homo, sententiam monitus non retractat, sed mordicus defendere tentat. Et hoc primum hæreticum facit. Veterimos namq. Ecclesiæ Doctores, quos orthodoxos Patres vocamus, ex variis obstaculis ac temptationibus varias easq; periculosa foviisse quæstionum Theologicarum, vel de Articulis fidei opiniones, & religionis fecisse diversas constitutiones scimus; ut Basilius votum monasticum perpetuæ paupertatis, ordinemq; vita singularem (si historiis credendum) instituisse: Augustinum inter alias, etiam opinionem de Cœna Dominica ephebis administranda tenuisse: Clementem Alexandrinum Philosophos saniores proprio acumine salvare asseverasse. Qua forte innexus opinione Suenckfeld ad Regem Gallia scribens, hunc publica vit errorem. Item, Christum non vere edisse, bibisse, licet hominibus talia videretur facere. Quod ansam certè Macioni dedit suam instituendi heresim, &c. Verum Patres religiosi suas S. Scripturæ subjecerunt sententias; & si modo tentati errarunt, non tamen heresim foverunt; cum temptationi resistere, opiniones falsas retractare, precando veniam petere, ipsis ut debitum, ita per Spiritus S. gratiam promptum fuit. Sectarios ergo ceu falsam opinionem exvana presumptione defendantes, defensam promulgantes hac causa propomimus. Quia vero allatis sectarum exemplis perspicua dicta & causa certitudo appetit, hic brevissimis nos expediemus; superioribus saltim apponentes brevia exempla, in quibus nostri seculi docentes specie foris eruditionis tentatos, ex falsa panarum religionis quæstionum defensione hæreses constituisse elucet. Vbi Flacium Illyricum habes. Hic cum Semi Pelagiano Strigelio bonitate substantiae hominis, ad vires liberi arbitrii integras confirmandas, urgente congregiens, licet ex improviso minus recè negaret, quam optimè tamen dictum retractare monitus potuisset, ni ex præjudicii temptatione hæresim defensione erroris intentasset. Quàm optimè itidem potuit, hodieq; potest Samuel Huberus erroneous suum retractare dogma, si pro nuda habere velit temptatione, quod haec tenus falso docuit, non autem hæresi, ut erronea palliat, palliando defendat. Sed hic est modus defensionis, hic condendi

sectas

Erroris de-
fensio.

Modus de-
fensionis.

sectas processus, ut postquam causis suis hæresiarcha tentatus, &c. defendere velit, & monitus quidem palinodiam canere nolit, superbiâ certe fascinatus mundanâ, confidentia scilicet studiorum, gradus, &c. (totum tamen à Cœs) varia querat præsertim cauterius palliandi media, varios fingat sanctitatis modos, ut ipso religiosior ne Angelus videatur. Sic pietatis prætextu multos in suum consortium trahit. Cujus admodum notabilia exempla duo practica adferam. Primum Romanensem. Alterum Philippistarum, quos Crypto-Calvinianos vocamus. Quantâ illi impietate, sanctitatis licet specie, in loco (quod dicitur) sapient, ut scias, non modo lege Propempticon Art. Smalcald. de Primatu Papæ, ubigraphicè fucum Papisticum à nostris notatum habes, quo Pontifici expectantes suos sive beneficiarios horrendis iuramentis ac maledictionibus obstringi curant ad defensionem suæ Tyrannidis & impietatis, sine ullâ exceptione verbi Dei: Sed etiam ut cædas, observa succenturiante tempore praxin vivam: quod quidem si non fecissent, nec exinde servassent; iam plurimi pridem doliseductæ innoicerent plebecula, sediq. Pontificie mendacium ruinam minaretur. Quibus etiam fraudibus, quo astu, religiositatis licet processu, hi (Philippista) Vitebergenses illi deformatores circa annum Christi 1571. virus Calvinianum sparserint, promulgârint, non est ut quis ipsum ne sciat. Si tamen alicui historica processus veritas lateat, uberrimam ejus petat ex D. C. à libello Facultatis Theol. hodiernæ Vitebergensis, columnis Penceri Calvinianis opposito. Vbi Δεξιός l. w. impissimum, (ut barbare barbara proferam) futilissimum, stolidissimum modum illorum Theologorum suam ampliandi hæresin explicatum legat; cuius, certe notabilis, nos gradus quosdam επαγόδω significabimus. I. Theologi à D. Lutherum laudibus prædicabant, ejusq. doctrinam auditoribus voluisse commendatissimam dicebant. II. Lutheri & Philippi perpetuum fuisse consensum gloriabantur. III. Lutheri scripta nimis prolixa, & quidem Germanica, imò propter occupationes tanti viri confusè esse edita, conquerebantur. Vnde IV. contendebant, necessariumq. videbant, ut scripta Philippi cœn continuo Lutheri CypriΦερδιμο-

v. G.

¶ & præsertim ejus Corpus doctrinae novissime, id est falsissime corre-
ctum propter facilem methodum & sermonem Latinum in Scholas
ceu authenticum introduceretur. Et sic V. annuas Philippi parenta-
tiones instituebat, ut memoria successu temporis Philippi vigeret, Lu-
theri dormiret, qui certè fucus, qui dolus ita comparatus fuit, ut nec
pientissimus Elector Saxonia Augustus per quadriennium fraudem
suspicari potuerit. Hoc factum fuit ne modus defendendi cœcavit Calvinianam? Hic processus fuit ne tentata religione falsâmentis, retrah-
eretur nolentis, & ita cauteria & conscientia indicium? Quid quo a-
liud? Hoc ita modo, hoc processu instabiles & perversi Schismata fece-
runt, hereses promoverunt; ut penè plus in illis sit ad extremum labo-
ratum, quam principio fuerit in jacendo religionis fundamento desu-
datum; arreptâ præsertim occasione, ubi sincero Christi Evangelio lo-
cus non erat, & ubi clare idem non sonuit, pro more quidem spirituum
fanaticorum, quem hodiè etiam servari dolenter advertimus, quemq;
Epit. artic. contr. p. mihi verè talem notârunt in libro Concordie Praeceptores nostri, Patres Ber-
825. genses Calvinianis dicti.

Atq; haec sunt causa heresew & religionis sectarum, quas ad
cautionem & præcauere offerre pro tempore potuimus. Iam superest ex
instituto ac promissione nostrâ, ut ex dictis causis eliciamus & conside-
remus: Num Lutherus heresiarcha fuerit? Et sic respondeamus
ad calumnias, insultationes ac sarcasmos adversiorum, in primis
Loijolanorum, quibus pios B. Patris manes Ecclesiæ suspectos dare co-
nuntur: ut sic Confessionis nostra certitudo appareat. Quod brevissi-
mis expediendum, ut vestrâ, ô auditores, patientiâ fiat, totus obsecro,
contendo. Notum est Iebusitis admodum promptum esse Martinistas
(nos putant) hereticos vocare; ut eorum simplicem fidem non quali
quali veritate, sed manifesto mendacio superstruetam afferant: unde
Lutherum monstrum diversarum sectarum indigitant, atque sic non
modo Diabolo eum comparant, sed & ipsissimum esse Draconem Apo-
calypses rufum, multorum capitum, plurimorum cornuum, insuper
candatum ponunt, Martinum ita nostrum chartis illis venalibus, ta-
bellis

Bellar. lib. 3.
de Christo
c. 1.
Apoc. 12. 3.

bellis scilicet sculpturae & Æneæ, talem nova deformitate & deforminovitate (in honorem putata nostra religionis) imprimi curantes. Sed videamus annè affectibus furiosa, æstro percita, Ecclesia malignantium talia dicat & tentet. Dic mihi, quæso cordate Christiane, an putas pius quod noster Lutherus incepit reformationem (quam hæreticam illi blaterant) tentatione aliqua vexatus? Fuitne hoc præjudicium, vel confidentia studiorum cum speciosa sanctitate; quod ingenuè confessus est cum Apostolo, se nihil scire præter crucifixum Christum? Quod se- 1.Cor. 2.2.
 xagenarius se libenter discipulum puerilis institutionis, sive Catechi- Luth. in pref.
 smi professus est? Et quidem quantò magis doctrinam Catechetica- Catech. ma-
 joris.
 repeteret, eo minus eandem se scire & apprehendere cognosceret, ut ne-
 cessè haberet perpetuò illam discere? Tantum certè absuit, ut qualem
 qualem gloriolam de benè factis ministerii sui sibi Lutherus noster a-
 scribendam somniaret; ut vero fùtus illos Theologos omnia se scire jacti-
 tantes gravi zelo detestatus sit. Dic quæso, an hæc confessio, hæc facta
 leve produnt ingenium, hominem novitatis avidum, hæreseos auto-
 rem? Fuitne etiam hoc ex tentatione infirmitatis vel timiditatis, quod
 Lutherus Wormatiā vocatus, coram Cæsare, totoj sumorum vi-
 vorum conventu dissentiente, solus religionis certitudinem ac S. Scri-
 pturæ veritatem defendere ausus est? Dic quæso, annè trepidantis vox
 fuit, qua ad retrahitionem instanter incitatus dixit: Hie stehe ich! Philip. in vi-
 ta Lutheri.
 ich kan nicht anders. Gott helfe mir? Sic cùm à carnis dictorio, ne
 minimum quid in reformationis opere Lutherum nostrum fecisse e-
 vincip posse: multò minus illecebris mundi vel Satanicis suggestioni-
 bus ad divinum continuandum opus prolectatum eum quis suspic-
 tur? Quomodo igitur hæsiarcha dicatur, nulla appetit causa. Qua
 fide monstrum vocetur, vos ipsi judicare. Qua veritate Draco Satani-
 cus pingatur, vel bimulus intelligit. Valeant icti circò calumniae, pereant
 scismatici, desinant morsus Sycophantici, veritatiq; locus concedatur;
 cui tamen fucum facere studet cum Esauvitæ gens malignantium ad-
 versaria, ut ita Sarcasmis vel affectibus ne videatur agere, sed ratio-
 nibus; afferens & urgens corrupta inveniri in Lutheri Biblicâ trans-
 latione

latione loca S. Scripturæ; qualis est in Epistolâ Joh. i. c. 5. totus v. 7. exclusus; quem tamen certè Lutherus translatum primò posuisset, si Graci Codices quibus tunc utebatur, eundem habuissent. Illi autem cùm ab Arianis (ut est Doctorum conjectura) hic corrupti fuerint, inq̄ corrupta Lutherus exemplaria inciderit, excusationem omnino mereatur. Alia adversariorum cum primis Iesuotorum exordiis presertim Cardinalis illius Bellum & arma minantis, quæ velex Tomo serm. conviv. à Luthero nunquam viso, nedum approbato, vel aliunde adfert, cùm sufficienter à nostratis Theologis examinata sint; meum non erit resolvere, resolvendo benevolos auditores molestare. Verum potius cùm D. Mart. Lutherum virum Dei fuisse magnâ gloriâ certum habeamus; adeoq; illum novissimum Eliam, qui converteret cor filiorum ad Patres, & vice versa: de cuius opera, in repurganda religionis veritate, non modo Martyres illi Iohannes Hus Bohemicus, & Iohannes Hilten Monachus Isenensis, minimè sine illuminatione divinati sunt: sed & Propheta Zacharias nomine lucis sub vespera post longum gelu ac frigus (Scholaisticas certè tenebras) illucescentis, vaticinatus est: imò Christus ipse tale quid non obscurè indigitat, dum Discipulos formam futuri Ecclesia status docens, adventurum dicit filium hominis, regnantibus maximè Pseudochristis, instar repentinis fulguris: quem quidem adventum illustrem futurum splendore veræ religionis, & Apostolus Thessalonicensibus exposuit, & Christus eo ipso notavit, quod Aquilas ad hoc cadaver congregatum iri predixit. Cùm, inquam, talia sciamus, certissima habeamus, gratias infinitas Deo Patri, Filio & Spiritui Sancto dicamus, quod Ecclesia suæ afflictæ novissimo hoc seculo manum omnipotentem declararit, Tyrannidem Papisticam per servum suum Lutherum aperuerit ac represserit, lumen populo in umbra mortis sedenti exortam voluerit, & veram prædicationem adeò feliciter currere siverit & finat, ut in hac etiam illustri Academia Hessorum Giessena floreat, vigeat. Insuper supplices petamus, ut quod in nobis opus bonum incepit, ad suâ nominis gloriam æternum celebrandam sustentet, perficiat: Ecclesiam suam in amplerarum

Conclusio.

Mal. 4. 6.

Zach. 14. 7.

Matth. 24.
27. 28.

2. Thess. 2. 8.

Epistola Joh. i.c. 1. ad Iustitiam
us translatum primi pugnae
, cunctum habuissent. Illa-
neclectura, hic corrupturam
erit, excusationem omnium
Iesuitorum ipsiusque
iniantis, que velerunt
edum approbat, vel dicere
theologie examinatis sunt, n
varum orbem regat, protegat: Illustriſſ. Hassiae Landgravium, Dn. Lu-
dovicum, hujus Academia Fundatorem & Patronum laudatissi-
mum, & benignissimum, cum Illustriſſima domo ac familia, diu inco-
lumem & felicem conservet, foveat: fideles & orthodoxos docentes in
hac Academia, sicut tota Ecclesia sua, det, largiatur; datos diutissime
defendat, tueatur: ut sic vera Nominis Dei celebratio in terra floreat
noſtra, pax & misericordia mutuo se exosculentur, & Ecclesia Deo col-
ligatur & conservetur, quæ nomini ejus confiteatur in eternum, & in
secula seculorum. Amen.

DIXI.



AD DOCTISSIMUM VIRUM,

DN. JOANNEM BAAZ SUECUM, SS. THEOL.

Candidat. candidiss. amicum suum.

Hic Calvini sequis mos est damnare Lutherum,
Qui tamen è tenebris verbum cœlestis salutis
Protulit, & multam pietatis lampade lucem
Accendit solus postremi tempore mundi.

At contrà elogiis onerare Melanthiona magnis,
Evehere immodico solum stridore Philippum,
Neutralem,inconstantem,& Bezæ dogma secutum.

O moros mores! ô tempora deploranda!
Quis Melicerta neget frontis periisse pudorem?
Hic pietatis honos, hæc mercès ista Lutheri
Quod Romanensis contra vim Præfusilis ivit!
Scilicethoc olim prædixerat ipse futurum,
Ut frontem caperet, nares ut sannio crispet,
In patrios mejat cineres, patulo oris hiatu

Eyomat

Evomat invidiæ, nigra cum bile, venenum.

Tum meliore animo, flamma meliore Lutherum
Uris, & hæreticos contra defendis alutas,
Utq; Professorem niveæ pietatis honoras,
Suece Camœnarum decus, & fax aurea Phœbi.

Neu dubita; faustis surget tibi gloria rebus,
Solis utramq; domum replebis nomine Doctor,
Quando triumphales cingent tua tempora myrti.

M. Casparus Finckius, Logic. in Academia Giessena
Profess. publicus.

F I N C I S.

